Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35998
Copyright: Melk, Benediktinerstift



sollemnitas pascalis. et ista dies fuit fe^a quinta que
erat vigilia pasce in qua immolabat^r agnus pascalis
ad uesperam illius diei. quia sollemnitas pascalis celebra-
bat^r luna xv. et secundum hunc modum in ecclia sollempni-
tates incipiunt a uespera precedentis diei. Sciens ihs
quia non ignorans nec inuoluntarius uenit ad passionem
sed uoluntarie obediens deo pat^r. quia uenit hora
eius non naturalis sed a deo patre preordinata et determi-
nata. et hoc conuenienter. ut immolacio agni qui tollit
peccata mundi. post immolacionem agni figuralis sequeretur.
et sic veritas figure redderet. ut transeat ex hoc
mundo ad patrem. Dicebat^r enim pasca iudeorum
transitus. eo quod tunc angelus transit per egiptum interficiens
primogenita egipciorum et filios israel seruans. Et si-
militer pasca xpianorum dicitur transitus. in quantum filius dei per
mortem transit ad patrem non per loci mutacionem. sed
sicut dicitur a patre venisse assumendo naturam nostram
mortalem et passibilem. ita dicitur ad patrem redisse faci-
endo ipsam consortem patrie glie per immortalitatem in
sua resurrectione. Cum dilexisset suos qui erant in mundo
cum omnino erant apli que dilectio ipsis erat necessaria
quia remanentes in periculo mundi indigebant consola-
cione diuina. in finem dilexit eos scilicet perfecte animam
suam pro eis ponendo. et in morte specialia signa di-
lectionis ostendendo.

Prima autem die azimorum que erat dies xiiii primi
mensis. in qua ad uesperam immolabat^r agnus pa-
scalis. et tunc tenebant^r uesci panibus azimis usque
ad uesperam vigesime prime diei eiusdem mensis. quando

pasca